Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

"Formula Votiva Sodalibus Congregationis B. V. [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-93309

Visual Library

Sanctiſsimum Beneplacitum tuum, nec unquam contradicam Sermonibus Sanctis!

Tu Domine nôſti, quid mihi ad Salutem ſit magis proficuum.

Tu potes, et vis me Salvare.

Unicè deſidero voluntatem tuam in me, et à me ſemper, perfectiſsimè adimpleri. O Pater amantiſsime! quidquid vis, quantum vis, quomodo vis, et ego volo. Fiat, Domine, in me, de me, per me, circà me, et circà mea Omnia Sanctiſsima Voluntas tua in Omnibus, nunc et in æternum. Amen.

Formula Votiva Sodalibus Congregationis B.V.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

190.

Mariæ, Sub Titulo Immaculatæ
Conceptionis Eiusdem
usitata.

Sancta Maria, Mater Dei!
Ego. N. omnia Tibi
debeo; sed ab hac hora singu=
lariter me Tuis Servitijs
devoveo. Te Patronam, Te
Sospitatricem deligo: Tuus
honor, et Cultus, Tuæ præ=
sertim Immaculatæ Conceptio=
nis, æternùm mihi Cordi
fuerit; quem ego nunquam
deseram, nec ab alijs mihi
subditis, Verbô factôve vio=
lari patiar, sed pro viribus

igi..

promovere studebo. Tu pia, me pedibus tuis advolutum recipe, in Vita protege, in mortis discrimine defende. Amen.

Precatiuncula

Devotioni quotidianæ Confratrum Sodalitatis S. P. N. Benedicti accommodata, et pro felici morte dicenda.

O Beate Pater, Gratiâ et Nomine à Deo Benedicte, qui Angelicum tuum Spiritum erectis ad coelum manibus stans et orans in manus